



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Vt clericus fidei iussor non sit. clxxiii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

scripturarum diuinarum misceatur. Per hoc enim & aedificatur ad bonum, & fabulae non necessariae prohibentur.

*De clericis imtemperatè uiuentibus.*

*Caput CLXX.*

*Ex concil. Carthag. cap. 62.* **C**lerici inter epulas cantantes, ab officio detrahendi sunt.

*De clericis scurrilibus. Cap. CLXXI.*

*Ex eodem cap. 80.* **S**i quis clericus aut monachus uerba scurrilia, iocularia risumque mouentia loquitur, acerrimè corripiatur.

*De eadem re. Cap. CLXXII.*

*Ex eodem cap. 60.* **C**lericos scurriles, & uerbis turpibus ioculatores, ab officio detrahendos.

*Ex eodem cap. 70.* **C**lericus fidei iussor non sit. *Cap. CLXXIII.* Clericus fidei iussionibus inseruiens, abiiciatur.

*Ex eodem cap. 44.* **C**lericus nec comam nutriat, nec barbam. *Cap. CLXXIII.*

*De clericis per creaturam iurantibus.*

*Caput CLXXV.*

*Ex eodem cap. 61.* **C**lericum per creaturas iurantem, acerrimè obicandus. Si perstiterit in uitio, excommunicandus.

*De clericis qui adulationibus & proditionibus vacare deprehenduntur.*

*Cap. CLXXVI.*

*Ex eodem concil. cap. 56.* **C**lericus qui adulationibus & proditionibus vacare deprehenditur degradetur ab officio.

*De ordinatis qui solent contra ecclesiastica mandata auribus principis molestiam inferre.*

*Caput CLXXVII.*

*Ex concil. Antioch. cap. 11.* **S**i quis episcopus aut presbyter, aut quilibet regularis subiectus Ecclesiae, praeter consilium & literas episcoporum prouinciae, & praecipuè metropolitani, ad